



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XLIV. Markgraf Ludwig sagt seinen Dank der Mannschaft, der Vogtei und der Stadt Frankfurt für die Bereitwilligkeit, womit sie zur Steuer für Auslösung der Lausitz beigetragen haben, und giebt ihnen ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

XLIV. Markgraf Ludwig sagt seinen Dank der Mannschaft, der Vogtei und der Stadt Frankfurt für die Bereitwilligkeit, womit sie zur Steuer für Auslösung der Lausitz beigetragen haben, und giebt ihnen wegen künftiger Erhebung außerordentlicher Beisteuer bestimmte Zusicherungen, am 25. Oktober 1338.

Ludouicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio etc., strenuis viris militibus et militaribus in Aduocatia Vrankinurte residentibus, prudentibus quoque viris et discretis consulibus et uniuersitati ciuitatis predictae gratiam suam et omne bonum. De eo, quod tam unanimiter ad contributionem solutionis terre Lusatiae per nos impositam vos adeo beniuolos et affectuosos exhibuistis, cum merita recommendatione vobis multimodas gratiarum referimus actiones, promittentes vobis singulis et uniuersis talem vel huiusmodi contributionem a vobis diuisim vel pariter denuo recipere nolle nec debere nec aliqualiter recipi consentire. Referuantes tamen nobis tres casus, qui absint, ad quorum alterum, si necesse fuerit, nobis suffragamini possibiliter et ex debito rationis, videlicet si in conflictu iniendo per emulos nostros caperemur, vel si iidem terras nostras per oblidiones vel munitionum circumvallationes occuparent, vel si bellum vel conflictum, quod absit, contingeret nos amittere, qui possit nominari per ydoneos capitalis. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Berlin, anno domini Millesimo Trecentesimo trecesimo octauo, die dominico ante diem beatorum apostolorum Symonis et Jude.

Original im Geh. Staatsarchive. — Gercken's Codex III, 101. 102.

XLV. Bischof Stephan II. von Lubus verschreibt dem St. Vincenz-Kloster zu Breslau den Genuß einer Zehnthebung, am 6. März 1339.

— nos Steffanus, dei gratia Episcopus ecclesie lubucensis, Recognoscimus — Religiosos viros dominum abbatem et Conuentum Monasterii sancti vincentii prope wratisslauiam ordinis premonstratenfis habere debere et percipere singulis annis libere decimam manipulatim in campis inde et de omnibus agris allodii Genelyn siue aptowitcz volgariter nuncupati, sui prope Boreck villam nostram, quod allodium pro nostra ecclesia lubucense per dominum Nicolaum de poutwinstorff, nostrum Scolasticum, extitit comparatum de nouo. — Datum Wratisslauia, anno domini M^o. CCC^o. XXXIX^o., II nonas Martii, presentibus honorabilibus viris dominis magistris Apetzkone, Canonico et offic. wrat., Conrado, decano, Johanne, cantore, Siffrido de Boreck, Heynrico de Boreck, Theoderico de waltzheym, Heyncone de bancz, Michaele de franckenforde, canonicis lubucensibus. — —

Wohlsbrück I, 456.